

lia, & Algarbiorum dilecti filii ipsos Religiosos Societatis Jesu tali exemptione in maximum illorum præjudicium abuti prætendebant, motu proprio statuerit, decreverit, & ordinaverit, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus prædicta Societas, & illius Domus etiam probationum, atque Collegia, & loca quæcumque, ubicumque locorum in prædictis Regnis Portugallia, & Algarbiorum existentia ratione prædiorum possessionum, vinearum, olivetorum, Ferrarum, Hortorum, & bonorum quorumcumque, quæ tunc possidebant quomodocumque, & undecumque ad eos provenita, aut per eos acquisita forent, ac etiam eorum, quæ in posterum perpetuis futuris temporibus ex novis Domorum, & Collegiorum foundationibus, aut aliis largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, seu ultimis voluntatibus acquirerent, & non solum eorum, quæ locare, & arrendare solebant, sed etiam eorum quæ per proprios Colonos, ac propriis quoque manibus, vel sumptibus excolebant loco decimæ vigesimam videlicet ex singulis viginti unum eorum fructuum quoscumque generis, & specie, quosi in illis colligerent, necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient, piscationum, avium, & aliorum generum, & specierum, de quibus de jure, vel consuetudine, decima solet Ecclesiis, quibus aliquid, circumscriptis dictis privilegiis, decima persolvi deberet, persolvere tenerentur, & obligati essent. Et quia evenire poterat, ut Religiosi dictæ Societatis alia prædia, possessiones, terras, & bona emptionis titulo impoterum acquirerent, aut prædia, bona, & terras extraneorum excolerent, vel per alios excoli facerent, & nova controversia super his orire, declaraverit, & pariter statuerit, & ordinaverit, quod ratio decimæ prædiorum, quæ emptionis titulo acquirerent, aut quæ titulo locationis ab aliis conducerent, & colerent, aut colerent, non vigesimam, sed totam integram decimam, iis Ecclesiis, quibus etiam prius antequam ipsi Religiosi illa tenerent, debebantur, pariter solvere tenerentur, & obligati essent, ab hujusmodi autem solutione vigesimæ, seu decimæ hortos, seu viridaria apud Domos, & Collegia ejusdem Societatis existentia, & unum prædiolum in agro pro unaquaque Domo, seu Collegio muris circumdato quatuor Fanegas ad Regni Castellæ mensuram non excedent, salva, & exempta esse voluit, decernens ipsos Societatis Jesu Religiosos ad mediæ decimæ, seu vigesimæ, & integre decimæ hujusmodi respectu solutionem faciendam de cætero omnino teneri, & ad id æque, ac non exemptos cogi, & compelli posse, ipsosque Archiepiscopos, Episcopos, & Præsules, necnon Capitula, & Rectores ecclesiarum prædictarum, & alias personas ecclesiasticas hujusmodi mediæ, & integre decimæ, prout ab ipso Paulo V. Prædecesore, ut præfertur, statum erat, contentos esse debere, cum clausulis, quod de

subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis suæ, vel alio quocumque defectu dari non posset, decreto irritante, & Clausula sublata, & aliis latius, prout in literis dicti Pauli V. Prædecesoris in simili forma brevis sub die 22. mensis Aprilis anni Domini millesimi sexcentissimi decimi tertii Pontificatus sui anno Octavo confectis, plenius continetur.

§.2. Nos, quibus plene constat quam præclara dicta Societas eximie erga Sedem apostolicam obedientiæ, & observantiæ, ac propensæ voluntatis specimina semper ediderit, quodque ab ea maximi, & uberrimi in ecclesiam Catholicam spirituales fructus defluerint, & continuo defluant, Religiosisque Collegiorum, & domorum ejusdem Societatis in prædictis Regnis consisten. ad gentilium, & infidelium partes transmitti, gravissimis laboribus, incommodis, & periculis suis rem Christianam in Japonia, & sinarum Provinciis, totaque India Orientali tueri, & conservare, ac etiam Domino cooperante augere non desinant, & in eisdem Regnis, sicut accepimus Religiosi aliorum ordinum aliquas decimas ratione bonorum quæ propriis manibus, & sumptibus excolunt solvere, seu præstare non consueverint. Nos literarum prædictarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, dictamque Societatem, ac illius Collegia, Domos, & alia loca in prædictis Regnis existentia specialibus etiam favoribus, & gratiis prosequi volentes, necnon Præpositum generalem ejusdem Societatis, ac domorum, & Collegiorum, aliorumque locorum hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, porrectis Nobis pro eorum parte super hoc supplicationibus inclinati, eidem Societati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, illa, omniaque, & singula illius Domus, Collegia, & loca ubicumque, in eisdem Regnis tamen dumtaxat existentia præsentia, & futura, ad solutionem, & præstationem decimæ integre, vel, dimidiæ ratione prædiorum, possessionum, vinearum, olivetorum, terrarum, locorum, ac aliorum bonorum quorumcumque ejusdem Societatis in dictis Regnis dumtaxat, & quæ propriis manibus, aut sumptibus, & per proprios Colonos nunc excolunt, & pro tempore excoluerint, sive prædia, possessiones, oliveta, & alia bona hujusmodi ad Societatem, illiusque Domos, & Collegia, & alia loca prædicta ex eorum foundatione, aut aliis largitionibus, donationibus, legatis, Testamentis, Codicillis, aut aliis ultimis voluntatibus, unionibus, applicationibus, concessionibus, emptionibus, aut aliis acquisitionibus, & aliis quomodocumque, & qualitercumque

Gregorius ab hujusmodi solutione Domos, & Collegia in Regnis Japonia, & Japonia existentia eximie

hactenus jam sint acquisita, sive impoterum ad eandem Societatem, Religiosisque illius deferri contigerit, nisi prout alii mendicantesolvere consueverunt, minime teneantur, prædictis dicti Pauli literis in aliis omnibus firmis, & illæsis remanentibus, apostolica auctoritate tenore præsentium, concedimus, & indulgemus, nec illos per Archiepiscopos, Episcopos, Præsules, necnon Capitula, Collegia, & Rectores metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, Parochialium, aliarumque Ecclesiarum dictorum Regnorum nunc, & pro tempore existentes, & quosvis alios ad solutionem decimarum hujusmodi ratione bonorum ejusdem Societatis, quæ propriis manibus, vel sumptibus, ut præfertur, excolunt, seu excoli faciunt, aut excolunt, aliter faciendum, quam prout dicti mendicantesolvere consueverunt, cogi, aut compelli posse.

§.3. Minusque eos desuper eorumdem literarum Pauli V. Prædecesoris, seu quocumque alio colore, vel ingenio, publice, vel occulte, directe, vel indirecte molestari, perturbari, aut inquietari, per præsentibusque has nostras literas ex eo, quod moderni Archiepiscopi, Episcopi, alique Præsules, necnon Capitula, & Rectores prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse quomodolibet habentes, vel habere prætendentes in eisdem præmissis non consenserint, ad eaque vocati non fuerint, aut aliis ex quocumque, & enormissima lesionis, seu alio capite quantumvis legitimo, & juridico de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, revocari, infringi, annullari, aut in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, vel terminos juris reduci, seu adversus illas quomodocumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, seu concedi nullatenus unquam posse, sed illas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, ac dictæ Societati, illiusque Domibus, Collegiis, & aliis locis prædictis, quæ concernunt, & in futurum concernere poterunt, plenissime suffragari, & ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula præservativa.

Exequutoriæ ad præstationem.

§.4. Quocirca Veni fratri Ferdinando olim Episcopo Faraonen. hæreticæ pravitatis in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Inquisitori Generali, necnon jurium, & spoliarum Camera nostræ apostolicæ in eisdem Regnis debitorum Collectori Generali dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus, per præsentibus committimus, &

mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & cum opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpositi Generalis, & Religiosorum, seu alicujus eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant præmissa omnia ab omnibus, quos illa concernunt inviolabiliter observari, ipsosque Præpositum Generalem, & Religiosos, seu aliquem illorum præmissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, sententiis, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus singulis præmissis, ac nostræ, & Cancellariæ nostræ regula de non tollendo jure quæsito, necnon sic: re: Bonifacii Papæ VIII. prædecesoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis ultra tres eorumdem vigore præsentium ad iudicium non trahatur, ac aliis quibusvis apostolicis etiam in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non, tam ipsius Societatis, illiusque Domorum, Collegiorum, & aliorum locorum prædictorum, quam quarumcumque Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, Parochialium, & aliarum Ecclesiarum Regnorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis eidem Archiepiscopis, sive Episcopis, eorumque Ecclesiis, Capitulis, & Canonicis, ac aliis quibuscumque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Aut si aliquibus communiter, vel diversim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quibus omnibus etiam de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio in præsentibus faciendâ foret, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 5. Novembris 1622. Pontificatus nostri Anno II.

Obstantium derogatio.

Dat. die 5. Nov. 1622. An. II.

Insi-

gradus, status, conditionis, & præminen-
tia, eadem subsidia ad prædictas species
extensa contribuere, & Gabellam, seu Si-
sam solvere debeant, neque ullus immunitis
futurus sit, aut exemptus, Tuque Maje-
stas hac Nobis significaverit.

§.4. Nos promptam, & devotam eor-
undem Regnorum, & subditorum tuo-
rum in Te voluntatem, qui facultates suas
pro Catholica Religione conferre inten-
dunt, commendantes, quia, sicut etiam
accepimus, si tantummodo laici subsidia
sic extensa contribuerent, & Gabellam, seu
Sisam prædictam solverent, nimis longo
tempore summa prædicta conficeretur, &
laicorum facultates ad summam hujusmodi
decem & octo millionum, ut præfertur,
conficien. minime suppetunt. Nos ad or-
thodoxæ fidei conservandæ, & propagandæ
zelem, ac singularem in fidem prædictam
devotionem, aliaque catholici cognomine,
optimo jure insigniti Regis præclara merita,
quæ in Majestate tua Cœlesti gratia resplen-
dent paternæ dirigentes considerationis in-
tuitum, eadem subsidia ex causis expressis,
& adhuc, ut præfertur, durantibus, tibi
oblata hujusmodi, per Ecclesiasticas perso-
nas adjuvanda, ut infra sequitur, existima-
vimus: Motu itaque proprio, & ex certa
scientia, ac matura deliberatione nostris,
deque apostolica potestatis plenitudine, om-
nes, & singulas ecclesiasticas personas tam
seculares, quam cujusvis Ordinis etiam
exempti, & Apostolicæ Sedi immediate sub-
jecti Regulares, Monasteria, Conventus,
& Collegia, ac Ecclesiarum Capitula Reg-
norum prædictorum, & in eisdem Regnis
commoran., & consisten. ad conferendum,
& contribuendum proportionabiliter, &
non aliâs prout laici in dictis subsidiis ad no-
vas hujusmodi species extensis, mediante
solutione Gabellæ, seu Sise eorundem
subsidiorum causa, super piscibus, candelis,
& cafeo, sapone, & aliis rebus commes-
tibilibus in prædictis Regnis colligen., &
consumen. extendenda, seu forsân extensa,
& super iis impositæ, durante tamen eodem
sexennio dumtaxat, & non ultra teneri, &
obligatos esse, non tamen quoad dictas re-
rum species, quas ex propriis terrenis, seu
decimis, aut aliis quibuscumque redditibus
propriis per se, vel alios etiam affectuarios
suos, vel etiam ex elemosynis percipiunt,
& pro divino cultu, ac propriis, & familia-
rum suarum usibus consumunt, pro quibus
omnino immunes, & exempti sint, etiam de-
cernimus, & declaramus, ita tamen, quod
si ante sexennii prædicti finem, summa
decem & octo millionum nummorum au-
reorum hujusmodi confecta fuerit, eccle-
siastici prædicti, sicut de primodiæis rebus,
seu speciebus, ita de secundodiæis am-
plius contribuere, & dictam Gabellam, seu
Sisam, ut præfertur, solvere non debeant,
ac præsens gratia eo ipso expiret.

§.5. Decernentes, quod omnes, & sin-
guli Ecclesiastici prædicti recusantes, op-
portunis juris, & facti remediis, adhibita
tamen locorum Ordinariorum Ecclesi-
asticorum auctoritate, non autem per Ex-
actores ejusdem Gabellæ, seu Sise, neque
per quoscumque Judices, aut ministros se-
culares, aut coram eisdem Judicibus, aut
ministis secularibus sub pena excommuni-
cationis majoris, nec non aliis poenis a sa-
cris Canonibus, & constitutionibus apo-
stolicis inflictis, & comminatis ipso facto in-
currentis, conveniri nullo modo debeant,
sed coram prædictis Ordinariis Ecclesiasticis
tantum compelli valeant: quibus Ordinariis
districte præcipiendo mandamus, ut divini
judicii memores, ne Ecclesiastici indebite,
& plus quam laici, nec ultra continentiam li-
terarum nostrarum hujusmodi graventur,
super quo eorundem etiam Ordinariorum
conscientiam oneramus, omnino provi-
deant, & contra eosdem Ecclesiasticos re-
cusantes, ac Regulares, & exemptos, no-
bisque, & Apostolicæ Sedi immediate sub-
jectos, ad quamcumque simplicem eorum-
dem exactorum requisitionem exequentive,
quacumque appellatione remota, auctoritate
nostra procedant.

§.6. Volumus autem, ut pecuniæ ex
prædictis subsidiis, & Gabella, seu Sisa,
sic extensa, ut præfertur, a dictis eccle-
siasticis percipien., in alios usus, quam Ca-
tholicæ Religionis defensionis, & obedi-
entiæ conservationis erga Romanam Eccle-
siam, pro quibus, ut præfertur, contribuun-
tur nullatenus convertantur, super quo Ma-
jestatis Tuæ conscientiam oneramus.

§.7. Non obstantibus omnibus illis,
quæ dictus Paulus prædecessor in præfer-
tis literis suis voluit non ob stare, ceterisque
contrariis quibuscumque.

§.8. Ut autem præsentibus nostræ literæ,
cum opus fuerit, ad omnium notitiam faci-
lius devenire possint, decernimus, ut ear-
um exemplis, etiam impressis, manu No-
tarii publici subscriptis, & sigillo alicujus
personæ in dignitate ecclesiastica constituta
munitis, eadem prorsus fides in iudicio, &
extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus
adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub An-
nulo Piscatoris die 2. Decembris 1622. Pon-
tificatus nostri Anno II.

LXXXVI.

Oppidum S. Miniatis in Civitatem, & Ec-
clesiam Collegiatam S. Mariæ, & Sancti
Genesii in Cathedrali erigit.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti præminencia Sedis Apo-
stolicæ, in qua post beatum Petrum,
Apostolorum Principem, quamquam im-
paribus meritis, pari tamen auctoritate
constituti fuimus, in agro irriguo militan-
tis Ecclesiæ novas Episcopales Sedes, Eccle-
sias plantare Romano Pontifici dignissimum
arbitra-

Gregorius
hoc idem ab
Ecclesiasticis
præfati per-
mittit.

Immo recusan-
tes posse ad id
compelli.

arbitramur, ut per novas plantationes po-
pularum augeatur devotio, divinus cultus
effloreat, subsequatur animarum salus, &
loca illustrentur.

§.1. Attendentes igitur Diocesim Lu-
can. admodum amplam, & patentem esse,
illiusque plurima oppida, & loca in domi-
nio temporali dilecti filii nobilis viri Magni
Hetruricæ Ducis sibi subiecta exitere & alias
Diocesis, & ditionis hujusmodi Oppidum
Sancti Miniatis in amœno colle, felici cœlo,
& solo ferme totius Hetruricæ fertilliori si-
tum, & a Civitate Lucana viginti millibus
passuum, vel circa distans ad modum insi-
gne esse, & ita antiquum, ut Vicarii Imperi-
ales in Hetruria retroactis temporibus
degentes sibi sedem constituerint, & pro-
pterea ab antiquis Imperatoribus innumeris,
amplissimisque privilegiis decoratum fuisse:
Fœdera, ac Capitula cum Florentina,
ac Senensi Rebuspub. æquis conditionibus
firmasse, ab ipsoque Oppido antiquam, &
nobilem illam Borromæam gentem, ex qua
Sanctus Carolus olim Archiepiscopus Me-
diolanensis Sacri Collegii Romana Ecclesiæ
Cardinalium splendor editus est, originem
duxisse, ad præsens autem in eodem Oppido
Philosophos, Logicos, casuum conscientie
Lectores, ac Grammatices Magistros
ad juventutem excolendam publicis stipen-
diis deputatos, ac sexaginta Sacerdotes, &
U. J. D. supra quadraginta, & plurimos
nobiles, necnon etiam armatarum Militia-
rum milites adesse, adeo ut oppidum ipsam
Miniatis Civitatis, & illius Collegiata Ec-
clesia S. Mariæ, & Genesii dicata, quæ Præ-
positura, dignitate inibi principali, & an-
quo reddito quingentorum scutorum mon-
netæ, vel circa dotata, quo tempore ob-
tinens usum Pontificalium sibi prætere
contendit, necnon decem Canonicatus, &
præbendis sufficientissime redditus, & quam
plurimis Cappellanis collativis perfulget,
Cathedrali Ecclesiæ nomine, titulo, &
prærogativa jure optimo insigniri mereatur.

§.2. Nos iis, atque aliis rationabilibus
causis moti, habita super iis cum venerabi-
libus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus
matura deliberatione de illorum consilio,
& apostolicæ potestatis plenitudine, ad om-
nipotentis Dei laudem, & gloriam, ac glo-
riosissima ejus Genitricis Virginis Mariæ,
& præfati Sancti Genesii, necnon totius
Curia cœlestis honorem, ac Fidei Catho-
lica exaltationem, ac civium, & incolarum
dicti Oppidaniarum spirituales conso-
lationem, ipsiusque Collegiata Ecclesiæ, ac
illius Præpositi, & Canonicorum decus,
omnia, & singula Oppida, Terras, Villas,
& loca quæcumque ad præsens sub ditione
temporali prædicti Magni Ducis existentia,
necnon Oppidum Fuscœchii, quod pro tem-
pore existentis Abbatiæ Monasterii Sanctæ
Clare Lucanæ in spiritualibus subesse asse-
ritur, ac in Diocesi, & dominio præfatis exi-
sit, cum omnibus, & singulis illis terminis,
Territoriis, Locis, necnon Clero, populo,
& personis, Monasteriis tam virorum,
quam mulierum, ac Domibus Regularibus,
Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Hospitalibus, ecclesiis, & piis locis, & Be-
neficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine
cura secularibus, & quorumvis Ordinum
Regularibus a dicta Diocesi Lucana; etiam
absque consensu venerabilis fratris Alexan-
dri moderni Episcopi Lucani, ac etiam
dilectarum in Christo filiarum modernæ
Abbatiæ, & Conventus dicti Monasterii,
quinimo ipsis invitis, & reclamantibus, ac
contradicientibus, apostolica auctoritate, te-
nore præsentium perpetuo separamus, ac
dismembramus, & ab omni jurisdictione,
superioritate, correctione, dominio, visita-
tione, & potestate pro tempore existentium
Episcopi Lucani, & Abbatiæ hujusmodi,
illorumque officialium, & Vicariorum,
necnon per dationem, & solutionem quo-
rumcumque jurium Episcopo Lucano, seu
Abbatiæ pro tempore existentibus præfa-
tis, ratione superioritatis, jurisdictionis,
subjectionis, visitationis, ac Legis Diocæ-
sanæ debitorum, etiam perpetuo auctoritate,
& tenore præmissis eximimus, & totaliter
liberamus, jurisdictionique futuri, & pro
tempore existentis Episcopi Sancti Mini-
atis, ita tamen quod dilecti filii Clerus su-
prædictorum locorum sic separatorum sin-
gulis privilegiis, immunitatibus, exem-
ptionibus, & compositionibus, etiam rati-
one spoliarum, & decimarum, vel studii,
aliisque gratis spiritualibus, & tempora-
libus quibuscumque, quibus ad præsens
quomodolibet, & ex quavis occasione utun-
tur, deinceps perpetuis futuris temporibus
gaudere, & uti debeant, similiter perpetuo
eisdem auctoritate, & tenore subicimus,
& separamus.

§.3. Volumus tamen, ut loca, seu Op-
pida de Barga, & Petra Sancta libera facta,
cum eorum Villis, Territoriis, ac Capita-
neatibus, licet ditioni temporali prædicti
Magni Ducis subsint, nihilominus speciali
jurisdictioni præfati Episcopi Lucani, ut an-
tea remaneant.

§.4. Insuper dictum Oppidum Sancti
Miniatis nuncupandum, & præfatum Col-
legium in Cathedrali Ecclesiam pro uno
Episcopo S. Miniatis etiam nuncupando,
qui ipsi Ecclesiæ S. Miniatis præsideat, ac
in ea, & Civitate præfata, ipsique Ecclesiæ
Sancti Miniatis Diocesi assignata omnia, &
singula, quæ ordinis, & jurisdictionis, di-
gnitatis, aut cujuscumque alterius muneris
Episcopalis sunt, & erunt cum sede, &
mensa, aliisque insigniis, ac jurisdic-
tionibus Episcopalibus, quibus alia Cathedra-
les Ecclesiæ, & earum Præsules de jure, usu,
& consuetudine, aut aliâs quomodolibet
utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti
potiri, & gaudere poterunt quomodolibet
in futurum, de pari consilio, & potestatis
plenitudine, sine tamen præjudicio Præpo-
situræ nunc, ac Canonicatus, & præben-
dæ, necnon beneficiorum collativorum præfate
Ecclesiæ, sic in Cathedrali erectæ obti-
nentium, similiter erigimus, & instituimus,
ac Sancti Miniatis pro Civitate, ac alia Op-
pida, & Territoria, Caftra, Villas, & loca
pro Diocesi, necnon Clerum, Populum,
& per-

Hujusmodi
vero pecunias
non nisi in ca-
tholicæ reli-
gionis defen-
sionem infumi
jubeat.

Derogat con-
trariis.

Fidem tran-
sumptis addit.

Dat. die 2.
Decem. 1622.
An. II.

Ex Regest. in
Secret. Brevo.

Exordium.

Salvis tamen
illorum privi-
legiis.

Reservantur
Episcopo Lu-
cano Oppida
de Barga, &
Petrasancta.

Ecclesiæ San-
cti Miniatis il-
lusque Epi-
scopo cetera-
rum Ecclesi-
arum privile-
gia, & iura,
asservantur.

Institutio festivitatis S. Joachim Parentis Beatissimæ Mariæ Virg. sub duplici officio die 20. Martii quotannis celebranda; & in Breviario, & Missali, & Calendariis impoſerim imprimendis, describenda.

Et idem Pontifex statuit, etiam festum S. Annæ Mariæ ejusdem B. Mariæ Virg. de præcepto observari, debere ut supra in Constit. LVII. Honor. fol. 25. Et illud antea sub die 26. Julii sub dupl. officio agi jussit Gregorius XIII. in sua Const. CLXI. Sancta Mater. Tom. IV. Par. IV. fol. 54.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Apostolatus officium, nullo licet meritum suffragio, Nobis ex alto commissum, postulat, ut ad ea, per quæ sancti Joachim gloriosissimæ Dei Genetricis Mariæ parentis omni laude dignissimi cultus, & veneratio in dies magis augeatur, mentis nostræ aciem sedulo intendamus.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine; Quod de cetero perpetuis futuris temporibus, ejusdem S. Joachim festus dies, die 20. Martii celebrari solitus: Officio sub ritu duplici, juxta rubricas Breviarii Romani, per univ. Orbem ab omnibus utriusque sexus Christianis, tam secularibus, quam regularibus, qui divinum officium recitare tenentur celebrari; atque idcirco in Breviario, Missali, & Calendariis in posterum imprimendis, ejusdem S. Joachim festum duplex describi respectively debeat, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

§. 2. Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiarum Prælati in univ. terrarum Orbe constituti, præcipimus, & mandamus, ut in suis quisque Ecclesiis, Provinciis, & diocæsiis præsentibus nostras litteras solemniter publicari, & ab omnibus ecclesiasticis personis secularibus, & quorumvis Ordinum regularibus omnino observari faciant.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transcriptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 2. Decembris 1622. Pontificatus nostri Anno II.

Die die 2. Decem. 1622. An. II.

Depuratio exequutorum.

Demergatio contrariorum.

Fides transumptorum.

Subsidium decem, & octo millionum aliàs a Paulo PP. V. Regi Catholico concessum in Regno Castellæ ab ecclesiasticis quoque solvendum ad nonnullas alias res extenditur.

Charissimo in Christo filio Nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

GREGORIUS PAPA XV.

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

§. 1. **A**liàs a S. re. Paulo Papa V. Prædecessore nostro emanarunt litteræ clar. mem. Philippo III. Hispaniarum Regi Catholico genitori tuo directæ, tenoris subsequenti videlicet.

§. 2. Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico. Paulus Papa V. Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem. Orthodoxæ fidei conservandæ, & propagandæ zelus, ac singularis in apostolicam sedem devotio, aliæque Catholici cognomine optimo jure insigniti Regis præclara merita, quæ in majestate tua cælesti gratia resplendent, plane exigunt, ut subsidia pro ejusdem fidei defensione a tuis subditis prompte tibi oblata, quantum cum Domino possumus adjuvemus. Cum itaque, sicut accepimus subditi Regnorum tuæ Coronæ Castellæ in novissimis comitiis, sive curiis habitis animadvertentes majestatem tuam pro ejusdem Religionis defensione, & obedientiæ erga S. R. E. conservatione in tuis, & externis ditionibus, ac Regnis gravissimis assidue sumptibus urgeri, tuaque eraria pene exhausta, itaut, nisi aliquo eorumdem subditorum extraordinario subsidio subleveris, eisdem sumptus in tam laudabilem Deo gratum, & reipublicæ Christianæ utilem causam converteren. diutius ferre difficile possis, quadam superadditionalia nuncupata servitia, sive subsidia, quæ in totum summam decem, & octo millionum nummorum aureorum conficere debeant, ex gabella Sise nuncupata super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in dictis Regnis colligen., & consumen. imponen. non solum per euentes, & vendentes solven., sed etiam per eos, qui percipiunt oleum, & vinum ex propriis terrenis, aut affibus, aut emunt in uvis, aut olivis, seu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, seu aliàs ex quovis alio reddito, & introitu habent, & consumunt, præstare prompte obtulerint, omnesque laici cujuscumque gradus, status, conditionis, & præminentia ad eadem subsidia contribuere, & Gabellam solvere debeant, neque ullus immunis futurus sit, aut exemptus, tuaque Majestas Nobis hæc significaverit. Nos promptam, & devotam eorumdem Regnorum, & subditorum tuorum in Te voluntatem, qui facultates suas pro Catho-

Recuset litteras Pauli V. Philippo III. Regi inscripser.

Tenot Litterarum, quibus eidem Regi permiserat subsidium 18. millionum 3. Lati. reorum 3. Lati. Regni Castellæ ablati ab Ecclesiasticis quoque accipere.

lica Religione conferre intendunt commendantes, quia sicut etiam accepimus, si tantummodo laici subsidia hujusmodi contribuerent, & Gabellam, seu Sifam prædictam solverent, nimis longo tempore summa prædicta conficeretur, & laicorum facultates ad summam hujusmodi decem, & octo millionum, ut præfertur, aliter conficerent, minime suppetunt, eadem subsidia per ecclesiasticas personas adiuvan., ut infra sequitur, existimavimus. Motu igitur proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, & de apostolica potestatis plenitudine, omnes, & singulas ecclesiasticas personas tam seculares, quam cujuscumque ordinis, etiam exempti, & Apostolicæ Sedi immediate subiecti regulares, necnon Monasteria utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Ecclesiarum Capitula Regnorum Castellæ prædictorum, ac in eisdem Regnis commoran., & consisten. ad conferendum, & contribuendum proportionabiliter, & non aliàs prout laici in dictis subsidii, mediante solutione Gabellæ, seu Sise eorumdem subditorum causa super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in prædictis Regnis colligen., & consumen. imponen., seu forsan impositæ, durante tamen sexennio proximo dumtaxat, & non ultra, teneri, & obligatos esse, non tamen quoad prædictas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis per se, vel per alios etiam affectuarios suos, vel etiam ex elemosynis percipiunt, & pro divino cultu, ac propriis, & familiarum suarum usibus consumunt, pro quibus omnino immanes, & exempti sint, decernimus, & declaramus, ita tamen quod si ante sexennium hujusmodi finem prædicta summa decem, & octo millionum nummorum aureorum confecta fuerit, ecclesiastici prædicti amplius contribuere, & dictam Gabellam, seu Sifam, ut præfertur, solvere non debeant, ac præfens gratia eo ipso expiret. Decernentes, quod omnes, & singuli ecclesiastici prædicti recusantes, opportunitis juris, & facti remediis, adhibita tamen Ordinariorum Ecclesiasticorum locorum auctoritate, non autem per exactores ejusdem Gabellæ, seu Sise, neque per quoscumque Judices, aut ministros seculares, aut coram eisdem Judicibus, & Ministris secularibus sub poenâ excommunicationis majoris, nec non aliis poenis a sacris Canonibus, & constitutionibus apostolicis inflictis, & comminatis ipso facto incurren., conveniri nullo modo debeant, sed coram prædictis Ordinariis ecclesiasticis tantum compelli valeant, quibus Ordinariis districte præcipiendo mandamus, ut divini judicii memores, ne ecclesiastici indebite, & plusquam laici, nec ultra continentiam nostrarum litterarum graventur, super quo eorumdem etiam Ordinariorum conscientiam oneramus, omnino provideant, & contra eisdem ecclesiasticos recusantes, ac Regulares, & exemptos, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subiectos ad quancumque simplicem Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

eorundem exactorum requisitionem exactivæ, quacumque appellatione remota, auctoritate nostra procedant. Volumus autem, ut pecunie ex prædictis subsidii, & Gabellæ, seu Sise, ut præfertur a dictis ecclesiasticis percipien. in alios usus, quam Catholicæ Religionis defensionis, & obedientiæ conservationis erga Romanam Ecclesiam, pro quibus, ut præfertur contribuuntur, nullatenus convertantur, super quo majestatis tuæ conscientiam oneramus. Non obstant. Regnorum prædictorum statutis, & consuetudinibus, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam in quibusvis generalibus Conciliis editis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis Regnis, personis, Capitulis, Monasteriis, Conventibus, Collegiis, & aliis prædictis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentibus nostræ litteræ, cum opus fuerit, ad omnium notitiam facilius devenire possint, decernimus, ut earum exemplis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Augusti 1618. Pontificatus nostri Anno XIV.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, subditi Regnorum tuorum Coronæ Castellæ prædicti animadvertentes, causas propter quas servitia, sive subsidia hujusmodi oblata, & præfata fuerunt, etiam nunc durare, pro faciliiori Gabellæ, seu Sise hujusmodi solutione eorumdem subditorum extra eandem Gabellam, seu Sifam ad pisces, candelas, caseum, saponem, & alias res commestibiles in dictis Regnis colligen., & consumen., non solum per euentes, & vendentes solven. sed etiam per eos, qui res commestibiles hujusmodi percipiunt ex propriis terrenis, aut affibus, seu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, seu aliàs ex quovis alio reddito, & introitu habent, & consumunt, extendere, durante sexennio hujusmodi, & pro summa decem, & octo millionum nummorum aureorum, ut præfertur citius, & facilius conficienda obtulerint, omnesque laici cujuscumque

Cam vero laici idem subsidium ad alias nonnullas res extendere decreverint;

K

gra

Redditus Episcopo assignatur.

& personas hujusmodi pro Clero, populo, Vassallis, & personis Civitatis, & Diocesis Sancti Miniatis hujusmodi perpetuo concedimus, & assignamus.
§.5. Præterea pro mensa Episcopali Sancti Miniatis, illiusque futuri, & pro tempore existentis Episcopi sustentatione medietatem fructuum præposituræ dictæ ecclesiæ sic in Cathedrali erectæ, ad ducenta, & quinquaginta scuta monetæ, vel circa annuatim ascendentes, ac tot illius bona, ex quibus medietas fructuum hujusmodi provenire possit, ac ipsa præpositura pro nunc, prout ex tunc, & e contra postquam illam per cessum, vel decessum, aut aliam dimissionem, vel amissionem, illam tunc obtinentis, aut aliâs quomodocumque, quandocumque, ubicumque vacare contigerit, etiam si actu nunc forsân, aut aliâs quovis modo vacet, dicta auctoritate perpetuo dismembramus, illaque sic dismembrata, & separata eidem mensæ etiam ex nunc prout ex tunc, & e contra pari auctoritate applicamus, & appropriamus, ac Sancti Joannis Evangelistæ Loci Sanctæ Mariæ ad Montem, & Sancti Joannis ad Bartimara, necnon Sancti Marci a Vajano Vicariatus Lari in eodem dominio dicti magni Ducis, ac prope præfatum Oppidum Sancti Miniatis existentis sine vera, & personali residentia non requirentes ecclesias, seu Cappellas, Plebanias nuncupatas, annui in simul redditus, compræhensa medietate fructuum, quæ a præpositura hujusmodi, ut præfertur, dismembrata fuit mille scutorum parium, vel circa ex nunc, prout postquam illas, seu earum aliquas simul, vel successively per cessum etiam, & causam permutationis etiam in nostris, & successorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium manibus factæ, vel decessum, seu privationem, vel quamvis aliam dimissionem, vel amissionem illas ad præsens obtinentium, vel aliâs quovis modo, etiam in aliquo ex mensibus Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentis, aut Sedi Apostolicæ per quascumque constitutionum, apostolicarum, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas, nunc, & pro tempore reservatis, aut ordinariis Collatoribus per constitutiones, & regulas easdem, seu litteras alternativas, aut alia privilegia, & indulta habentibus competentibus, ac concessis, & in posterum concedendis, & apud Sedem præfata vacare contigerit, etiam si cum cura & sine cura Ecclesiæ, seu Cappellæ hujusmodi, vel earum aliqua nunc, ut præfertur, vel aliis quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, seu per liberam resignationes, illas, vel earum aliquam ad præsens obtinentium, vel quorumvis aliorum de illis in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, unionem, dissolutionem, aut constitutionem felicitis recordationis Joannis Papæ XXI. Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Exerabilis*, vel affectuionem alterius Beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati, vacant, etiam si tanto tempore vacaverint,

quod earum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem præfata legitime devoluta, ac præpositura, & sine cura ecclesiæ, seu Cappellæ hujusmodi dispositioni apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservatæ existant, dictæ præposituræ cura, etiam jurisdictionalis imminet super ea quoque, ac sine cura Ecclesiis, seu Cappellis præfatis inter aliquas personas lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisâ, etiam si earundem sine cura Ecclesiarum, sive cura Cappellarum, aut alicujus earum collatio, vel ad eas præsentatio, seu quævis alia dispositio ad quorumcumque Collatorum, & Collatricum secularium, & quorumvis Ordinum Regularium quomodolibet qualificatarum personarum collationem spectet eidem mensæ, ita quod liceat Episcopo S. Miniatis pro tempore existentis illarum, seu cujuslibet illarum, necnon medietatis fructuum Præposituræ hujusmodi, ac bonorum e quibus medietas hujusmodi provenire possit, ut præfertur, dismembrata, corporalem, realem, & actualem possessionem per se, vel alium, seu alios, ejus, & præfate mensæ nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & proventus in suos, & ipsius mensæ usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, ita quod ex nunc dictus Episcopus Sancti Miniatis eorum possessionem capere possit, qua possessione subsequuta præsens unio ex nunc suum plenarium, & integrum effectum sortiatur, nec in revocatoriis per quoscumque Roman. Pontifices successores nostros edendis compræhendatur, & minime compræhensa censetur, etiam perpetuo univus, annectimus, & incorporamus. Donec vero applicatio, & unio præfate suæ sortiatur effectum, ipse Magnus Dux mille scuta similia futuro Episcopo Sancti Miniatis proportionabiliter juxta effectum, quem in dies uniones hujusmodi sortiri contigerit, arbitrio d. Sedis Nuncii in Civit. Florentina pro tempore commorantis, minuenda annuatim persolvere teneatur, prout ad id se obligavit.

§.6. Demum Præposito dictæ Ecclesiæ sic in Cathedrali erectæ usum Pontificalium, si quem habet pari auctoritate conferimus: Ecclesiam vero Sancti Miniatis hujusmodi, illiusque Episcopum pro tempore existentem, Archiepiscopi Florentini etiam pro tempore existentis suffraganeum esse, ejusque Metropolitanico jure subiectum esse volumus, & decernimus.
§.7. Postremo dicto Episcopo Luciano, ut ipsi minus damnum, quod fieri possit, ex præmissis inferatur, omnia bona stabilia, ac redditus, proventus, responsiones, canones, decimas, livellos, nec non presentandi aliqua jura, & emolumenta ratione tam directi, quam utilis domini quorumcumque bonorum, in quibusvis Locis, & terris a sua Diocesi, ut præfertur, dismembratis consistentium Episcopali mensæ debita, & annuatim, vel aliter præstari solita, ita ut Episcopus Lucanus pro tempore existens per

Episcopus S. Miniatis Archiepisc. Florentino tamquam Metropolitanico subiectus.
Cetera Episcopo Luciano reletantur.

Ita exceptis, quæ ratione superioritatis exigi solent, ea enim Episcopo S. Miniatis assignantur.

Episcopo, Clero, Civibusque solita conceduntur privilegia.

Derogatio contrariorum

per seipsum, vel Procuratorem suum legitimum, & uti prius exigere, & levare, cauducitates, & devolutiones, quas pro tempore quovis modo occurrere, & evenire contigerit, & ad mensam suam episcopalem spectantes declarare, & acceptare, bonorumque sic devolutorum possessionem capere, & ingredi, etiam ut prius libere, & licite possit, & valeat, neque propterea a prædicto Episcopo Sancti Miniatis, vel quopiam alio desuper, quovis quæsto colore molestari, vel impediri posse, aut licere decernimus, & declaramus.

§.8. Volumus autem, quod ex quæstiones, sive census, qui præfato Episcopo Luciano tamquam Episcopo ratione superioritatis, seu recognitionis per Ecclesias, Clerum, Hospitalia, Confraternitates locorum, vel alia loca pia Oppidorum, seu locorum sic dismembratorum annuatim, vel aliâs præstari solent, & in cera, & pipere, ac croco, sive lustrano, ac forsân pecunia numerata, ut plurimum consistunt, & ad valorem annuum quadraginta scutorum, vel circa ascendunt, deinceps Episcopo Sancti Miniatis in recognitionem jurisdictionis, seu superioritatis suæ in Ecclesias, confraternitates, aut personas, & loca pia hujusmodi præstari debeant, pro illis vero Episcopo Sancti Miniatis dicto Episcopo Luciano pro tempore existentis singulis annis integre valorem cera, pecuniarum, aliarumque rerum præfatarum arbitrio ejusdem Nuncii taxandum, & æstimandum compensare, & præstare teneantur.

§.9. Ceterum Capitulo, Clero, Civitati, & Diocesi Sancti Miniatis hujusmodi, ipsarumque Civitatis, & Diocesis incolis, & habitatoribus, & eorum singulis, ut omnibus, & singulis privilegiis, & exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, & indultis, quibus aliarum Ecclesiarum Cathedralium capitula, aliaque Civitates, & Dioceses, ac earum Clerus, Incolæ, & habitatores utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, auctoritate, necnon tenore præsentium indulgemus.

§.10. Non obstantibus præmissis, ac de jure quæsto non tollendo, necnon de unionibus committendis ad partes, vocatis, qui fuerint vocandi, necnon de exprimendo vero valore, & Lateranensis Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non recolendæ memoriæ Pauli II., & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque quibusvis apostolicis, necnon synodalibus, Provincialibus, & universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dictæ Ecclesiæ Sancti Miniatis, cum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis, sub quibusvis tenoribus, & formis,

necnon cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie cum nota simili, etiam consubstantialibus, ac alias in contrarium forsân quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, illarumque totis tenoribus, specialibus, specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illarum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum ferre specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ separationis, & dismembrationis, & exemptionis, liberationis, subjectionis, erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, oblationis, voluntatis decretorum, declarationis, indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1622. nonis Decembris, Pontificatus nostri Anno II.

Conclusio.

Dat. die 9. Decem. 1622. An. II.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Facti series, seu causa Decret.

Decretum Sacre Congregationis Concilii.

LXXXVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo statuitur omnes Clericos, Presbyterosque seculares etiam si Militum Hierosolymitanorum, Vicarii, Cappellani, ministri servientes, Procuratores, aut familiares sint, ab Ordinariis tanquam a Sede Apostolica delegatis visitari posse.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rem memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Ven. frater Guigelmus Episcopus Bastilien. quod ipse aliâs contra fratres milites Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, eorumque Vicarios, Cappellanos, Ministros servientes, Procuratores, aut familiares, visitationem, omnimodamque suam sive ordinariam, sive delegatam jurisdictionem sub prætextu privilegiorum, & exemptionum dicto Hospitali concessorum subterfugientes a Ven. fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus obtinuit Decretum, tenoris subsequens videlicet.

§.2. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, omnes

omnes Clericos, Presbyterosve seculares, etiam Militum Hierosolymitanorum, Vicarii, Cappellani, Ministri servientes, Procuratores, aut familiares sint ab Ordinariis tamquam a Sedis Apost. delegatis de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, ubi, & quando opus fuerit, inquiri, visitari, puniri, & deinde ipsorumque jurisdictioni plene in omnibus supradictis subiectos existere, exceptis his tantum, qui ecclesiis, aliisve dictorum militum locis actu serviunt, & intra eorum septa, & Domos resident, ac sub eorum obedientia vivunt, quae omnia, nisi simul concurrant, Ordinariorum jurisdictionem vitare non posse, ut discretis verbis cavetur constitutione Sanctae memoriae Gregorii XIII. hac de re edita.

Causae illius confirmationis inducentes.

H. Card. Lancellottus, §.3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, fratres milites, ac Vicarii Cappellani, & Ministri, aliique supradicti, quorum nonnullis animarum cura incumbit haecenus decreto praedicto, etiam in his, quae curam animarum huiusmodi, & administrationem sacramentorum concernunt, parere detrectaverint, ac constitutionem praedicti Gregorii Papae Praedecessoris nostri qua incipit: *Circumspecta*: hac de re edita, quasi in partibus Germaniae publicata non sit, sese non ligari contendant, proindeque dictus Guilielmus Episcopus valde metuat, ne ex nimia vivendi licentia Vicariorum, aliorumque supramentionatorum mores in dies magis depraventur in detestandum aliorum Clericorum suae Diocesis exemplum, & scandalum publicum.

Confirmatur.

§.4. Nos praemissis, quantum cum Domino possumus, obviare, dictumque Guilielmum Episcopum specialibus favoribus, & gratiis protegi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliiisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praedictum apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

Clausula.

§.5. Decernentes Decretum huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, praesentisque literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Guilielmo Episcopo in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quo-

quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, necnon dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10. Decem. 1622. An. II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 10. Decembris 1622, Pontificatus nostri Anno II.

LXXXVIII.

Praecipit Literas, & scripturas gratis tradi Ministris S. Congregationis de Propaganda Fide ab Officialibus Curiae Romanae.

Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUSEPISCOPUS.

SEKVVUSERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter multiplices, & gravissimas Apostolatus nostri curas, quibus assidue premimur, illa Nos praeceteris maxime sollicitos jugiter habeant, ut extirpatis haereticarum pravitarum erroribus, Catholica fides ubique conservetur, & propagetur, eaque de causa negotium Propagandae in universo Mundo ejusdem Fidei nonnullorum Ven. Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, qui in unum congregati tanta rei nobiscum invigilant, peculiari sollicitudine, juxta creditum Nobis desuper apostolicae servitutis officium, nuper commiserimus, & demandaverimus, dignum quin potius debitum reputamus, ea Congregationi huiusmodi concedere, per quae faciliori onerum illi incumbentium supportationi opportune consulatur.

Exordium.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine: Quod de cetero perpetuis futuris temporibus quaecumque patentes, seu alio quovis nomine nuncupentur literae, chirographa, instrumenta, testamenta, & aliae quaecumque scripturae, quocumque nomine censeantur, necnon quaecumque Literae Apostolicae, tam sub plumbo, quam in simili forma Brevis, earumdemque Literarum Apostolicarum supplicationes super quibuscumque negotiis, rebusque, & bonis, tam mobilibus, quam immobilibus ad ipsam Congregationem quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac demum quodcumque interesse eandem Congregationem

Mandatum de quo in Rubrica.

nem quovis modo, & ex quavis causa concernentes pro tempore sciendae, & registrandae; necnon similiter quaecumque Literae, quas ex omnibus Mundi partibus ejusdem Congregationi scribuntur, ac illae, quae ejusdem Congregationis nomine extra Almam Urbem nostram mittentur, gratis omnino, & absque ulla mercede, aut alicujus rei, etiam quantumvis minima solutione expediri, conscribi, registrari, relaxari, tradi, & mitti debeant, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Poenas contra inobedientes designat.

§.2. Ac in virtute sanctae obedientiae, & sub indignationis nostrae, & alii arbitrii nostri poenis praecipimus, & mandamus dilectis filiis Rescribendario, ac Computatori Literarum Apostolicarum, nec non Secretariis Apostolicis, & Brevium Apostolicorum Magistro, ac Scriptoribus, & Regenti Montium, Notariis, Tabellionibus, Postarum Magistris, aliisque Officialibus, & Ministris quocumque nomine nuncupatis, etiam si officia titulo, & causa mere onerosi obtineant, ut literas praedictas, ac Chirographa, instrumenta, & alias scripturas huiusmodi super praemissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam divisim gratis de mandato nostro ubique in omnibus etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, Plumbique, & Registri, ac aliiis quibusvis officiis absque aliqua pecuniarum exactione, etiam quantumvis minima, etiam per viam compositionis sciendae, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expediant, registrent, mittantque, & relaxent, ac signari, expediri, registrari, mittique, & relaxari curent, & faciant realiter, & cum effectu.

Clausulas necessarias apponit.

§.3. Decernentes, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore, etiam ex eo quod praedicti, & quicumque alii in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, seu alio quocumque pretexto, causa, & occasione, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, ad jus, vel controversiam revocari, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, vel aliiis contrariis dispositionibus ullatenus comprehendi posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarias tollit.

§.4. Non obstantibus Fel. rec. Pii Papae IV. Praedecessoris nostri de gratis quodcumque interesse Cam. Apostolicae quomodolibet concernentibus, in eadem Ca-

mera infra certum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, necnon quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac regula nostra de jure quae sita non tollendo, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fidem transumptis addit.

§.5. Volamus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarii dictae Congregationis, aut persona in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, vel extra illud adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 14. Decem. 1622. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 14. Decembris 1622, Pontificatus Nostri Anno II.

LXXXIX.

Facultas Nuncio Franciae componendi controversias vertentes inter Avenionenses, nonnullosque subditos Regis Christianissimi super Confiniis, & Flumine Durentiae.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Venerabili fratri Octavio Archiepiscopo Tarven. nostro, & Apostolicae Sedis in Regno Franciae Nuncio.

GREGORIUS PAPA XV.

Venerabilis frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Aliis Nos ad lites, & differentias inter subditos Civitatis Avenionensis, & Comitatus nostrorum Venaylin. ex una, & subditos charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Burgi de Noves, & alios Provinciales ex altera partibus occasione limitum, & confinium Territorii Avenionen., & Fluminis Durentiae, & Regione Provinciae, ac etiam ratione jurisdictionis per dictum Ludovicum Regem super dicto Flumine, illiusque alveo, & Insulis in eodem alveo sitis praetense vertentes cum Commissariis, seu aliis a dicto Ludovico Rege deputatis terminandas Ven. fratrem Guillelmum Archiepiscopum Selencien. in Civitate, & Comitatu praedictis Vicelegatum per nostras in simili forma Brevis sub die 26. Junii 1621. expeditas literas, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, deputavimus, prout in dictis literis plenius continetur.

Gregorius alii suis Literis Vicelegatum Avenionen. deputavit pro definiendis controversiis, & quibus in Rubrica.

§.2. Cum autem, sicut Nobis innotuit, lites

1622. Cupiente vero Francorum Rege eas in sua Curia componi;

Nuncio Apostolico apud eundem Regem necessarias ad id tribuit facultates

Dat. die 19. Decem. 1622. An. II.

lites, & differentie hujusmodi, dum dictus Ludovicus Rex in Civitate Avenionen. predicta commotus est, omnino terminari non poterint; Idem vero Ludovicus Rex lites, & differentias predictas per viam transactionis, sive concordie in Curia sua terminari desideret. Idcirco de tua fide, prudentia, doctrina, integritate, ac in rebus agendis experientia plurimum in Domino confisi, tibi cum Commissariis, seu aliis a d. Ludovico Rege deputatis, lites, & differentias hujusmodi cum suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, & connexis terminandi, novos terminos, ubi opus erit, ponendi, seu poni faciendi, & in eventum, in quem lites, & differentie, ut praefertur, terminari non possint, in arbitros, qui eas, prout juris fuerit, & cum conditionibus tibi benevisis, terminent, compromittendi, aliaque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna, etiam si talia sint, quae mandatum requirent magis speciale, faciendi, gerendi, & exequendi apostolica auctoritate tenore praesentium facultatem, concedimus, & impertimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 19. Decembris 1622. Pontificatus nostri Anno II.

LXXX.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Secularizatio Monasteriorum Sancti Gildasii, & Burgidolen., ac Prioratus de Gramont Ordinis Sancti Benedicti Bituricens. Dioecesis, & erectio Collegiate Ecclesiae, & Collegii Societatis Jesu in eodem Oppido cum applicatione bonorum Monasteriorum, & Prioratus praedictorum Ecclesiae Collegiate, & Collegio hujusmodi, ac reservatione Juris patronatus Henrico de Bourbon Principi Condac., & ejus successoribus.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio nostro, & Sedis apostolicae Nuncio in Regno Franciae commoranti, salutem, & apostolicam benedictionem.

Procuramus

In supremo apostolicae Sedis folio, & potestatis plenitudine a Domino constituti, ad ecclesiarum quarumlibet praesertim Collegiarum ecclesiarum, ut in eis ad divini cultus exaltationem, ac Populi consolationem laudes Altissimi continuo persolvantur, erectionem, necnon ad Collegiorum Societatis Jesu, ex quibus grati Domino, & Christianae Reipublicae utiles, prout quotidie provenire noscuntur, institutionem propensis studiis intendimus, ac in his pastoralis officii nostri partes, & per opportunam Monasteriorum, & Prioratum, ac officiorum suppressionem favorabiliter interponimus, prout Catholicorum Principum vota exposcunt, ac rerum, lo-

corum, & temporum circumstantiis debite pensatis, conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Monasterium Sancti Gildasii, ac Prioratus de Gramont Ordinis Sancti Benedicti Bituricens. Dioecesis, certis tunc expressis modis vacent ad praesens, & forsitan tanto tempore vacaverint, quod eorum Collatio juxta Lateranen. statuta Concilii, est ad Sedem Apostolicam legitime devoluta. Et sicut exhibitum Nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Henrici de Bourbon Principis Condac., & Oppidi Castri Ruffi, seu de Chafneuvoux dictae Dioecesis Ducis, & Franciae primi Paris petitis continebat, tam Prioratus, & Sancti Gildasii praedictorum, quam Abbatiae nuncupati Burgidolen. ordinis, & Dioecesis praedictorum Monasteriorum Ecclesiae, caeteraque edificia penitus diruta, & funditus everfa existant, ac pro illis restaurandis, & ad statum habitationis reducendis, ducenta millia scuta, vel circa necessaria sint, ac dilecti filii Monachi dictorum Monasteriorum nullas habitationes, nec receptacula, ubi residere, & convenire possint, habeant, ac Monasteriorum, ad quae, dum pro tempore vacant nominatio persona idonea ad Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum, & Navarrae Regem Christianissimum vigore concordatorum aliam inter Sedem praedictam, & Clarum: me: Franciscum Primum eorumdem Francorum Regem inita spectat, & pertinet, necnon Prioratus hujusmodi fructus, redditus, & proventus ad quindecim mille libras Turonen., vel circa summam trium millium Ducatorum auri de Camera circiter conficien. tam pro Abbatibus, quam Conventualibus mensis annuatim dumtaxat ascenden. in Provinciis Pictaven., Xanthonen., Lemovicen., & Marchiae alias de la Marche consistant, ob eorumque distantiam, & separationem hujusmodi, non nisi magna cum difficultate, ac majori impensa exigi possint; Et propterea Henricus Dux, & Princeps praedictus pro sua singulari pietate Catholicae fidei puritatem in locis dominio suo temporalis subjectis non solum conservare, sed etiam, quantum in se est, propagare cupiens, Monasteria, & Prioratum hujusmodi, ac in eis dictum Ordinem, omnemque illorum statum, essentiam, & dependentiam regulares, perpetuo suppressi, & extingui, ac pro majori divini cultus, & piorum operum augmento, ac Vassallorum, seu subditorum suorum spirituali consolatione, & commoditate, unam secularem, & Collegiatam Ecclesiam, & in ea unam Abbatiam futuram in seculari, & Collegiatam Ecclesiam hujusmodi Dignitatem principalem, ac duodecim Canonicatus, & Praeben. pro uno Abbate, & duodecim Clericis, seu Presbyteris secularibus Canonicis ejusdem Ecclesiae secularis, & Collegiate futuris, ac unum Collegium Societatis Jesu in dicto Oppido Castoriensi erigi, & institui, sibi vero, & pro tempore existentis dicti Oppidi Duci omnia, & singula stabilia, res, pro-

Causa Monasterii S. Gildasii, & Burgidolen., ac Prioratus de Gramont secularizandi.

Collegiatamque Ecclesiam,

proprietates, fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quaecumque eorumdem Monasteriorum, & Prioratus perpetuo concedi, & assignari, & eorum loco mensa Capitulari dictae Collegiate Ecclesiae sic erigenda pro Abbatibus, & duodecim Canonicatum, & Praebendarum hujusmodi congrua, & competenti dote, illosque pro tempore obtinent. sustentatione sex millium, qui mille, & octingentes, Collegio vero praedictis pro illius Collegialium sustentatione quatuor millium librarum Turonen., quae mille, & ducentos Ducatos similes circiter constituunt, redditus annuos, & perpetuos per dictum Henricum Ducem, & Principem in tot Terrae petis, & praediis, seu aliis bonis stabilibus intra ambitum decem leucarum circumquaque assignari, applicari, & appropriari desideret: ac propterea dictam Collegiatam Ecclesiam a fundamentis, & Collegium apud dictam Ecclesiam S. Gildasii, quae reparari debent, similiter extrui facere, omnibusque ornamentis, parametis, ac sacra, & prophana suppellectili, aliisque ad divinum cultum necessariis sufficienter instruere, & ornare, Canonicis ejusdem Collegiate Ecclesiae Domo Canonicales construere, seu eis de sufficientibus juxta eorum qualitatem habitationibus providere, necnon unam in Burgidolen., & aliam in Sancti Gildasii Monasteriorum, ac reliquas tres Missas qualibet hebdomada in Prioratus praedictorum Cappellis, prout haecenus consuetum est, in perpetuum celebrari facere, & pro celebratione dictarum trium Missarum summam quadringentarum, & quinguentarum librarum similibus centum, & triginta ducat. pares circiter constituere, pro earum elemosyna. Insuper Monachis dictorum Monasteriorum professis supra numerum tredecim, qui in Abbatem, & Canonicos dictae Ecclesiae Collegiate eligentur, remanentibus ducentas libras pares quingenta ducatos similes, vel circa conficien. quotannis pro quolibet eorum vita durante, seu donec Abbati, & Canonicis praedictis de aliis Beneficiis ecclesiasticis ad congruam eorum sustentationem sufficienter provisum fuerit, solvere, & in edificiis ecclesiarum, ac Collegii, & Domo, ac habitationum praedictorum, necnon redditibus annuis in locis commodis acquirendis, multo majorem quantitatem, quam valor reddituum, & bonorum Monasteriorum, & Prioratus hujusmodi importet, impendere, & exponere intendat, dummodo jus patronatus, & praesentandi personas idoneas ad Canonicatus, & Praebendas sic erigen. hujusmodi, necnon Prioratus, & Parochiales Ecclesias, aliaque Beneficia a dictis Monasteriis dependent. sibi valide, ut infra, per Nos concedatur, & reservetur.

Henrici Bourbonii pro eadem re preces.

§. 2. Quare pro parte dicti Henrici Ducis, & Principis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Monasteria, & Prioratum hujusmodi suppressi, & extingui, aliisque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Bull. Rom. Tom. IV. Par. V.

§. 3. Nos igitur, qui dudum inter alia, volumus, quod petentes Beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum communem estimationem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & idem observari volumus in quibusvis suppressionibus, perpetuis concessionibus, & dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis ecclesiasticis; dictum Henricum Ducem, & Principem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodatus existit, ad effectum praesentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, necnon verum, & ultimum Monasteriorum, & Prioratus praedictorum vacationis modum, etiam si ex illo quavis generalis reservatio etiam in corpore Juris clausa resultet, nec non bonorum, & reddituum quorumcumque dictorum Monasteriorum, & Prioratus situationes, confines, denominationes, qualitates, verosque, & annuos valores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, tam illa quam Sancti Gildasii Vidz, cujus ad quadringentos, & quinquaginta, necnon Burgidolen. Monasteria, cujus ad quatuor mille floren. auri in libris Camerae Apostolicae taxati reperiuntur, & Prioratum hujusmodi, cuius viginti quatuor, necnon si quae sint officia dictorum Monasteriorum claustralia, quorum singulorum, & illis forsitan respective annexi fructus, redditus, & proventus aliorum viginti quatuor ducatorum parium, secundum communem estimationem, valorem annum non excedunt, cum primum illa, quatenus eadem, vel eorum aliquod ad praesens non vacent, per cessum, & ex causa permutationis, & in nostris, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium manibus factae, vel facien., seu decessum, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem quamcumque illa ad praesens obtinent., vel alias quibusvis modis, etiam apud dictam Sedem, vel etiam juxta concordata praedicta dudum inter Sedem eandem, ac eundem Franciscum Regem inita, vel alia privilegia, & Indulta apostolica haecenus concessa, & imposterum concedenda, seu Graduatis juxta eadem concordata affecta, simul, vel successive vacare contigerit, seu si tam illis, quam officia praedicta aliis, aut eorum aliquod, vel aliqua actu, ut praefertur aliis quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, seu per liberam cessionem de dictis Monasteriis, eorumque regimine, & administratione, vel liberam resignationes illa, ac Prioratum, & officia hujusmodi ad praesens obtinent., vel quorumvis aliorum de illis in Romana Curia, vel extra eam sitam coram Notario publico, & Testibus sponte factas, aut confi-

Gregorius PP. Nuncio Apostolico facultatem tribuit praedicta Monasteria, & Prioratum suppressendi;